

Privilegium Casimiri Ducis Lencicia
et Cujavia super villa Borissowo
in clava Wolboriensi. Anno Domini 1257.

41

In Nomine Sancte, et Individue Trini-
tatis, Amen. Nos Casimirus Dei Gratia
Lencicia, et Cujavia Dux notum facimus
universis tenorem presentium inspecturis.
Quod ad suggestionem quorundam villam
Borissowo in Districtu Wolbo, riensi situa-
tam credentes ad nos, et nostrum Dominium
pertinere, Hedabilio De Lucostavia contulera-
mus, sed postmodum Venerabilis in Christo
Pater noster Wolimirus Vladislaviensis Epi-
scopus ad nostram presentiam accedens
vera concussione, et probatione sufficienti co-
ram nobis declaravit, quod ad ipsius, et Ca-
stellanie De Wolbor, supra dicta villa pertinet
proprietaem. Propter quod eandem villam
cum omnibus suis pertinentiis Episcopo pre-
nominato, et suis Successoribus restituimus
sine omni concussione possidendam. Et ne
super hoc in posterum Dubium aliquod su-
scitetur, presentem paginam nostri Sigilli
munimine fecimus roborari. Actum An-
no gratie 1257.

